

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 32. Hujus Sacramenti, dignè suscepti, effectus quinque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

quibus dicebat Apostolus: qui manducat & bibit in-digne. judicium sibi manducat & bibit.

398 Itaque qui scelerate vivunt in Ecclesia, & com-municare non desinunt, putantes se tali Communio-ne mundari, dicant nihil ad emundationem sibi pro-ficere, dicente Prophetæ: quid est quod dilectus meus feci in domo mea scelerata multa? Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? cap. qui sceleratè de Consecr. dist. 2.

399 Unde sciendum ( inquit S. Thomas opusc. §8. c. 19. ) quod duplex est effectus corporis Domini, scilicet bonitatis quod bonos; severitatis quod malos. Et tamen spiritum semper immutabile & bonum in se manet; sed iusto iudicio effectus ejus mutatur in his qui maledicunt utinam. Et hoc est quod Eccle-sia cant: mors est malis, vita bonus: vide pars sumptionis quam sit dispar exitus.

## CAPUT XXXII.

Hujus Sacramenti, dignè suscepisti, effectus quinque.

400 Primus effectus est adiutorium hominis ad Chri-stum. Constat ex Florentino in Decreto Eugenii IV. dicente, quod hujus Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè suscipiens, est adiutorium hominis ad Christum. Quia quidem adiutorium seu unio ad eum perfecta, ut fideles hoc Sacra-mentum cum debita devotione suscipientes, & spiritu & corpore uno sint cum Christo. Christum enim totum recipiunt, id est corpus, animum, divinitatemque ipsius. Et si (Apostolo teste) cui adharet Deus, unus spiritus est cum Deo: per di-ctam profectò adiutoriæ fideliis quisque adha-reret Deo. Igitur unus est spiritus cum ipso. Est etiam una caro: quia per dignam hujus Sacra-menti susceptionem concorpore, ut ita dicam, & consanguinei Christi facti sumus, ut Cyrilus Hiero-toloyianus ait Catech. my flag. 4. Nec solum sanctificamur spiritu, sed & corpore. Nam ut idem Cyrilus prosequitur, panis cœlestis, pœnalisque salutis, animam & corpus sanctificant. Et sicut ani-mam sanctificant, faciendo sumentem unum spiritu cum Deo; sic & corpus sanctificant, faciendo eundem unum corpore cum homine Deo. Quia, ut Cyrilus Alexandrinus ait 1. 10. in Joan. pag. 863. non aliter viviscari nec sanctificari potest quod natura sua est corruptibile, quam si corporaliter unitum sit corpori ejus, qui secundum naturam suam est vita, & sanctitas. Fitque per dignam hujus Sacramenti susceptionem, ut ( eodem Apo-stolo teste ) membra sumus corporis ejus, de carne ejus, & ossibus ejus. Non enim aliud agit participatio corporis & sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transcamus ( ait S. Leo serm. 14. de Pall. Dom. ) ut scilicet in quo mortuis, & confulsi, & correxisceatis sumus, ipsum per omnia & spiritu & carnis gestemus, dicente Apostolo: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. In eo igitur differentia est inter divinum hunc, carna-leaque cibum, quod carnalis cibus transit in substantiam nostram; hoc autem Sacramentum suscipiendo transimus in corpus sanguinemque Christi, prout Augustino Christus ipse dixit: Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tua, sed tu mutaveris in me.

401 Secundus effectus ex priori consequens, est uno fidelium inter se. Quia enim uniuntur uni tertio, uniuertunt inter se. Fideles autem per dignam hujus Sacramenti susceptionem uniuntur uni tertio, videlicet Christo. Igitur uniuntur inter se. Et hoc est quod Apostolus 1. Cor. 10. contestatur: Quo-

vam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Unitatem enim fidelium inter se, quam Baptismus inchoat, Eucharistia perficit, dum non spiritu tantum, sed & carne nos Christo conjungi.

Tertius effectus est augmentum & abundantia gratiae, augmentum proinde fidei, spei, & chari-tatis. Quia enim per gratiam homo Christo incor-poratur, & membris ejus unitur ( inquit Floren-tinum loco citato ) consequens est quod per hoc Sa-cramentum in summa dignitate, gratia angatur. Et hoc ideo quia cum ex Christi passione fructus omnis spiritualis, seu gratia nobis proveniat, con-sentanciam est in hoc Sacramento, tandem copio-siorem praæ ceteris Sacramentis nobis gratiam con-ferti, quantum magis praæ ceteris Sacramentis his passio Christi recolitur & representatur ( inquit Elius in 4. dist. 12. §. 5. ) Nam alia quidem Sa-cramenta ad certum aliquem effectum passionis Christi consequendum sunt instituta: illud autem præcipue ad hoc ut jugiter in memoriam passionis ejus & offeratur, & sumatur, quemadmodum ex Evangelio & Paulo liquet. Unde publica vo-ce testatur Ecclesia, quod in hoc sacro Christi convivio recolitur memoria passionis ejus, & mens impletar gratia. Quia, ut Augustinus ait 1. 2. contra epist. Parin. c. 6. qui digne manducat & bibit, gratiam sibi manducat & bibit. Per quam novum vigorem accipit, sine quo Patres existimant graves tentationes superari non posse. Unde Cyprianus epist. 54. ad Cornel. Idoneus ( inquit ) esse non pos-tes ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad pœnatum, & mens deficit, quam non recepta Eucha-ristia erigit & ascendit.

Quartus effectus est spirituale nutrimentum. Quia omnem effectum, quem materialis cibus & potus quod vitam agunt corporalem, sa-vesti-ndi, angendo, reparando, & delestante, Sacra-mentum hoc quod vitam operatur spiritualem, inquit Florentinum ubi supra.

Quintus effectus est peccatorum præteritorum purgatio, seu remissio, atque à futuri præser-vatio. Deus enim intulit, & sum voluit Sacra-mentum hoc, non solum tantum spiritualem anima-ram cibum, quo aliantur & confortantur, vi-ventes vita illius qui dixit, qui manducat me, & ip-se vivet propter me ( ait Tridentinum self. 13. c. 2. ) sed & tamquam antidotum, quo liberen-remur à culpis quotidiani, & à peccatis mortalibus pre-serve-remur. Enimvero ( ut Elius loco citato observat ) Sacramentum hoc non tantum porrigit tantum cibis humanis sano & robusti, verum etiam tan-quam cibus medicinalis infirmi, quo pellatur & expurgeatur quicquid est vitiis, & consummatur quicquid est crudum & indigestum in anima homi-nis, atque ipse impulerum adversus occurrentes sen-tationes velut antidotum quodam preminuat.

Et ideo S. Ambroxiu l. 4. de Sacram. c. 4. Si quod te quicunque ( inquit ) effunditur sanguis, in re-missione peccatorum fundatur, debet silens semper accipere, ut semper misericordia dimittatur. Qui per pecco, semper debet habere medicinam. Et cap. 5. Quis manducaverit hoc corpus, fieti remis-sio peccatorum.

Si petas quare hoc Sacramentum à Tridentino 406 vocetur antidotum, quo liberen-remur à culpis quotidiani, cum per illud tubide etiam liberen-remur à ice-ribus, five mortalibus. Hoc quippe Ecclesia pet-rit in quadam postcommunione: sit ablatio scle-lerum.

Respondeo rationem esse, quia remissio peccati mortalium non est effectus hujus Sacramenti per se. Neque enim hoc Sacramentum per se sive ex prima intentione institutum est ad remi-tendum mortale peccatum: cum fit Sacra-mentum vivorum. Remissionem tamen peccati mor-talium

talis aliquando confert per accidens, sive ex secundaria Christi institutione, dum scilicet cum devotione percipitur ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam & affectum non habet, sed de eo est imperfete contritus. Ita expresso S. Thomas 3. p. q. 79. a. 3. in corp. *Hoc Sacramentum sua operatur remissionem peccati, perceptam ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam & affectum non habet.* Et hoc modo ibidem ad 1. explicat quod in dicta Collecta petimus; *petimus ut hoc Sacramentum sit absolutione peccatorum, quorum conscientiam non habemus, secundum illud Psal. 18. Ab occulis meis randa me Domine. Vide l. 1. c. 27.* ubi hac de re pluribus accum.

<sup>407</sup> Porro ad effectus iam enumeratos, ceteri facile reducuntur, qui in facris Litteris, vel apud Patres, vel in sacro Missae Officio solent Eucharistiae tribui. Cujusmodi sunt spiritualia pinguedo, cordis caliditia, in ipsum etiam appetitum sensitum diffusa, semen immortalitatis, beataque resurrectionis, in corpus derivatum, perseverantia finalis, beatitudinem sempiternam.

<sup>408</sup> Neque vero Sacramentum hoc in solam animam digne suscipiens operatur, sed & aliqui effectus ipsius ad ipsum quoque corpus sese extendunt, telle Cyrillo nostro Alexandrino ubi supra, dicente: *Christus enim existens in nobis sicut saevientem in nostris membris carnem legem.* Unde Zachar. 9. Sacramentum hoc vocatur *vinnum germinans virgines.* Quamvis enim corpus non ut immediatum subiectum gratiae, ex anima tamen redundat effectus gratiae ad corpus. Et hoc sensu hujus Sacramenti pia frequentatio stimulum carnis retinendit, & legem membrorum enerat, sive (ut Catechismus Romanus ait) *carnis libidinem cibabit ac reprimit.* Dum enim charitatem igne animos magis incendi, conscientia ardorem refingat necesse est. Augmentum quippe & nutrimentum charitatis diminuit est cupiditatis, ut Augustinus ait q. 36. inter 83.

<sup>409</sup> Denique siquies reverberum (inquit Mellifluous Doctor fermi in cena Dom.) non tam sepe modo, nec tam acerbo sentit iracundia motus, inuidia, luxuria, aut ceterorum hujusmodi, gratias agat corpori & sanguini Domini: quoniam virtus Sacramenti operatur in eo. Et, ut Cyrus ait ibidem, *perturbationes mortificat.*

<sup>410</sup> Quo autem instanti conferuntur laudati effectus, nemo novit, nisi qui efficit. Ante sumptionem non conferri, Doctores convenient. Valde probabile est tunc conferri, quando manducatur, sive trajectur ab ore in stomachum. Infundata vero quorundam opinio est, quamdiu Christus sub speciebus praesens est in corpore communicantis, tamdiu nova & nova gratia augmenta confiri, nisi forte qui sumptus, toto illo tempore se magis ac magis disponat, & ratione majoris devotionis aliquid novae gratiae ab ipso fonte gratiae in se existente recipiat. Quando enim causa effectus est, subiectumque dispositum, in instanti rotum suum producit effectum. Neque ex eo quod gratia promissa fit manducantibus, sequitur novam & novam gratiam dari toto tempore, quia Christus manducatus est in manducante. Alias maiorem hostiam manducans, exteris paribus, majorem reciperet gratiam. Cujus nullum est fundamentum.

<sup>411</sup> Nec divinus cibus noster in hoc simili est corporali. Quia corporalis non nutrit quando sumitur, sed quando digeritur, & ad hoc necessaria est mora praecedens & concomitans. Eucharistia vero tunc nutrit cum sumitur, quia effectus ipsius spiritualis est, & instantaneus.

## CAPUT XXXIII.

*Gravissimum Doctorum sententia est, quod ad recipiendum gratia augmentum, ultra statum gratiae, usque adeo requiratur in homine utenca ratione, devotio actualis, vel virtus, ut sine ea accedentes, licet a peccato mortali sint immunes, si tamen accedant cum peccatis venialibus, in ipsa Communione commisisti, tantaque tepitatem & languorem, ut illis actualis & virtualis devotio totaliter impediatur, nullum ex sacro sancte Eucharistie perceptione gratia augmentum consequantur.*

<sup>I</sup>Ta enim S. Thomas in 4. dist. 12. q. 2. a. 1. 412 in respons. ad 3. quod hinc verbis: *Dicendum quod omnis perfectio acquirendae impeditur per remissionem propriei distractiois.* Sic autem distractio materialis se habent ad perfectionem forme, ita actus se habent ad perfectionem finis. Unde cum hoc Sacramentum perfectas conjungen in fini, ad hoc quod effectum suum plene habeat in suave, oportet quod adhuc actualis devotio. Et quia inter duas oblique mortali peccato actualis devotio impedit potest (cum distractio varia ipso impediunt, & peccata venialia virtutem actus tollant) absque peccato mortali potest effectus hujus Sacramenti impedi; ita quod aliquis augmentum gratiae non consequatur; nece tamen reatum peccato mortali incurrit, sed forte reatum venialis peccati, ex eo quod impeditus accedit.

At (inquit Natalis Alexander Th. Dogm. & Mor. to. 3. c. 3. proposit. 8.) sententiam hanc S. Doctor retractavit 3. p. q. 79. a. 8. ubi dicit, quod effectus hujus Sacramenti non solum est adiectionis habitualis gratia, vel charitatis, sed etiam quedam refectionis spiritualis dulcedinem: quae quidem impeditur, si aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia mente distractus; non autem tollitur augmentum habitualis gratiae & charitatis. Verum hic locus facile conciliatur cum priori, dicendo quod articulo illo octavo sanctus Doctor non loquatur de venialibus, devotionem actualiem & virtualem ex toto, sed ex parte dumtaxat impeditibus. Maxime cum eadem 3. p. q. 80. a. 10. devotionem actualiem vel virtualem exigat in sumente. Dicit enim quod in sumente requiriatur, ut cum magna devotione & reverentia ad hoc Sacramentum accedit.

Angelicae doctrinae ex 4. sentent. distinet. 12. 414 subscrbit S. Bonaventura ibidem p. 2. a. 1. q. 1. Dicit enim quod hoc Sacramentum efficaciam non habet, nisi in digno accidente. Digno autem accedere in hoc confitit, quod homo se preparare sicut debet. Tantum enim Sacramentum recipere sicut recipitur aliis cibis, non est congruum, nec fructuoso. Et quia in hoc Sacramento praesens est divisiona Majestatis, & summa exprimitur charitas; id est debet recipi cum honore & devotione. Ad hoc ergo quod Sacramentum hoc habeat in aliquo efficaciam, primo oportet cibum istum ab aliis discernere per fidem. Secundo hospitium preparare per suipius preparationem. Tertiò in hospitium preparatum recipere cum honore & devotione. Hoc enim importat Apopoli verba: "non dijudicans corpus Domini." Unde concludit quod vir iustus spiritualiter non manducat, quando distractus per cogitationes extrinsecas; sed tunc quando movetur actus fidei & charitatis: quia tunc spiritualiter masticat & incorporat. Et id est negligit, non reportat effectum. Nec soli Doctores Angelicus & Seraphicus sic docent, sed & utrinque Magister Alexander de Alcs, celebrissimus Avila n. 487. exhiben-

R